ihesu matrem· et discipulum stan
tem quem diligebat: dicit ma
tri sue· Mulier: ecce filius
tuus· Deinde dicit discipu
lo· Ecce mater tua· Et ex il
la hora: accepit eam disci
pulus in suam· off· Felix
namque es· secret· Tua domine pro
pitiatione· co· Vera fides
geniti· vel co· Beata viscera· post
co· Sumptis domine salutis
nostre· vel· Gratiam tuam quesumus domine·

In purificacione
beate marie·

Suscepimus deus
misericordiam tuam in medio templi
tui secundum nomen tuum deus ita et
laus tua in fines terre iusticia
plena est dextera tua ps Mag
nus dominus et laudabilis nimis
in civitate dei nostri in monte
sancto eius· collecta·

Omnipotens sempiter
ne deus maiestatem tuam
supplices exoramus: ut si
cut unigenitus filius tuus ho
dierna die cum nostre carnis
substantia in templo est presen
tatus: ita nos facias purifica
tis tibi mentibus presentari· Per
eundem· lectio malachie
prophete·

Hec dicit dominus
deus· Ecce ego mitto angelum
meum: qui preparabit viam ante
faciem meam· Et statim ve
niet ad templum sanctum suum
dominator quem vos queritis:
et angelus testamenti quem
vos vultis· Ecce venit: di
cit dominus exercituum· Et quis
poterit cogitare diem adven
tus eius? Et quis stabit ad
videndum eum? Ipse enim qua
si ignis conflans: et quasi her
ba fullonum· Et sedebit con
flans et emundans argentum:
et purgabit filios levi· Et
conflabit eos quasi aurum et qua
si argentum: et erunt domino offe
rentes sacrificia in iusticia·